

Bericht über die Gesandtschaft der Domherren Stefan Stainhorn und Georg Golser zum Salzburger Erzbischof Sigismund von Volkersdorf. Sie werden zunächst bis zur Rückkehr des Bernhard von Kraiburg vertröstet. Dann werden ihre Bitten um Intervention beim Papst und Übertragung von Seelsorge und Gerichtsbarkeit abgelehnt und dem Kapitel stattdessen aufgetragen, sich selbst an einige Kardinäle zu wenden.

Notiz (gleichzeitig): BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 3911) f. 167^r-168^r.

(Im Anschluss an Nr. 6392 heißt es:) Item predicta tria scripta (littere capituli, informacionis et supplicacionis seu appellacionis¹⁾) fuerunt presentata per dictos canonicos domino Salczburgensi vicesimasexta mensis novembris (26. November 1460). Et peticio facta commissionis cure animarum et iurisdictionalium eo tunc in presentia magistri Pauli Mekch²⁾, officialis et vicarii generalis curie Salczburgensis, d. Weikhardi de Polhaym³⁾, capitanei, d. Georgii Hawnesperger⁴⁾, marschalci, d. Johannis Strasser⁵⁾, d. Wolfhardi Überagker⁶⁾ et Wilhelmi Turner, consiliariorum ibidem, et Andre, plebani in Sel, secretarii cancellarie, et plurimorum aliorum consiliatorum: Item d. Salczburgensis recepit terminum deliberandi et dici fecit eisdem canonicis, quod unus posset recedere, puta d. Stephanus et remaneret Golser. Hinc ex post daretur responsum. Et visum fuit istis canonicis, quod archiepiscopus expectare vellet cum responso
10 adventum magistri Bernhardi cancellarii.⁷⁾

Idem cancellarius venit post tres septimanas. Et fuit responsum ipsi Golser, quod pro hac vice non expediret scribere in hac materia ad papam aut mittere informaciones premissas et quod videtur domino Salczburgensi consultum, quod capitulum huiusmodi informaciones mitteret ad aliquos cardinales, puta ad d. Sancti Sixti⁸⁾, Rothomagensi⁹⁾ et ceteros. Item ad presens eciam non expediret committere curam
15 animarum et exercicium iurisdictionalium iuxta petitionem capituli ex multis causis animum suum moventibus.¹⁰⁾ Et fuit dictum de multa diligentia, quam fecisset d. Salczburgensis ad sopiendum istam materiam differenciarum et quod sua paternitas pro tunc eciam haberet unum de suis in curia, et vellet expectare adventum suum. Et postea id, quod posset facere pro communi pace et ecclesia Brixinensi, esset paratus, et multa similia data fuerunt graciosia verba, et quod capitulum id, quod per d. cardinales
20 responderetur, deferri deberet ad suam paternitatem etc.

Ista in adventu suo Brixinam in festo Thome sequenti (21. Dezember 1460) capitulo dictus magister Georgius¹¹⁾ retulit.

¹⁾ Der Brief Nr. 6391, das Rechtfertigungsschreiben Nr. 6392 und die modifizierte Version der Appellation Nr. 6361 (1460 September 21).

²⁾ Paul Meck (Mekg), Regensburger Kanoniker und Salzburger Offizial (1456-1462); s. H. Paarhammer, *Rechtspflege und Verwaltung des Salzburger Offizialates. 1300-1569* (Dissertationen der Universität Salzburg 8), Wien 1977, 35, 259 s.v.

³⁾ Weikhart von Pohlheim, Burghauptmann von Salzburg.

⁴⁾ Georg Hawnesperger zu Vachenlug, Hofmarschall zu Salzburg.

⁵⁾ Hans Strasser zu Alm, Pfleger zu Halmberg.

⁶⁾ Wolfhart Überacker von Sigwardstein.

⁷⁾ Bernhard von Kraiburg, Salzburger Kanzler.

⁸⁾ Kard. Juan de Torquemada.

⁹⁾ Kard. Guillaume d'Estouteville.

¹⁰⁾ Der Erzbischof lehnte also, unbeachtet vieler warmer Worte (Z. 16-20), sämtliche Anliegen des Domkapitels ab; s.o. Nr. 6391.

¹¹⁾ Georg Golser.